



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Residentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- Reliquiae SS. de licentia Episc. Prou. 4.
 48 In priuatis adibus, aut apud laicos ne habeantur. *ibid.*
 49 Neque tangantur à laicis, neque per eos tractentur. *ibid.*

Repraesentationes sacrae.

- 1 Prohibentur fieri in Ecclesijs. DD. apud Barbof. *alleg. 24. num. 25.*
 2 Passio Saluatoris nullibi agatur. Pro. 1.
 3 Neque Sanctorum martyria, actiones ve, nisi de licentia Episcopi. *ibid.*

Residentia.

Vide supra: *Canonicorum Residentia, & Parochorum residentia.*

- 1 Ad residentiam cogi possunt ab Episcopo superiores Ecclesiarum Collegiarum, licet habeant iurisdictionem in canonicos. decisum refert Gatz. *par. 3. cap. 2. num. 181.*
 2 Sine consensu Ordinarij nulla valet dispensatio Apostolica non residendi, etiam ratione studij. Pius IV. An. 1564.
 3 Non residentium vltimae voluntates annullantur, quacumque auctoritate suffulta. Idem *ibid.*
 4 Alia poenae non residentium habentur apud Sylu. *Residentia. quest. 5.*
 5 Potest Episcopus applicare fructus non residentium fabricae Ecclesiae Parochialis, etiam si non indigeat, quae potest in dies indigere. decisum refert Gatz. *par. 3. cap. 2. num. 31.*

ADDITIO.

- 1 Tenetur Episcopus residere, licet habeat coadiutorem. *Cong. Episc. 7. Sept. 1619.*

Restitutio incertorum.

- 1 Potest Episcopus praecipere confessorijs, ne absque consilio suo restitutores absoluant, aut distribuant. *Nauarr. in Man. cap. 17. num. 92.*
 2 Est facienda pauperibus, non pauperioribus, vel melioribus, nisi de consilio. idem *ibid. num. 95.*

- 3 Non tamen potest Episcopus referuare sibi absolute restitutionem incertorum. *Cong. Episc. 14. Iunij 1619. V. V. sira. num. 20.*

Sacramenta.

- 1 In ministrandis Sacramētis adhibetur superpellicium cum stola. Pro. 1.
 2 Laici, qui recipiunt Sacramenta, deponant arma. Prou. 3.
 3 Et ij item, qui sunt compadres in baptismo, & confirmatio. *ibid.*
 4 Pro Sacramentorum administratione, nihil potest accipi hoc titulo, etiam à sponte dantibus. Quod offertur sponte pro Eleemosyna, accipi potest. *Congreg. Conc. 1. Febr. 1593. V. Interdictum. num. 21. 28. & seqq. Regularium iura sub Episcopis. num. 22. Simonia. num. 12. 13. V. sira. num. 13.*

Sal.

- 1 Sal externum in terris Ecclesiae mediate, vel immediate, subiectis non potest emi. *Gregor. XIII. apud Nald. Emptio num. 17.*

Scriptura Sacra.

- 1 Sacrorum librorum editio vulgata in publicis lectionibus, disputationibus, praedicationibus, & expositionibus authentica habeatur. *Trid. sess. 4.*
 2 Puniantur ab Ordinarij, qui sacra Scripturam ad suos sensus contorquent, contra sensum S. Matris Ecclesiae, & vnanimen Patrum consensum. Idem *ib.*
 3 Ne eiusdem verba vsurpentur ad irreuerentiam, & contemptum, ad scurrilia, vana, adulationes, detractiones, superstitiones, incatationes, diuinationes, sortes, libellos famosos, sub poenis iuris, & arbitrij Episcoporum. Idem *ibid.*
 4 Biblia vulgari lingua edita non possunt legi, neque retineri, neque Episcopi, neque Inquisitores, neque Regularium superiores dare queunt licentiam *Clemen. VIII. in Indice lib. prohib.*
 5 Compendia historica Bibliorū, seu librorum sacrae Scripturae, vulgari idiomate scripta, eodem modo prohibentur. Idem *ibid.*